

esse ergo fuit dilatori Ecclesie sinus, non sine admiratione Judaeorum. Hoc habes in his versibus. *Fac mihi spatium*. Phrasia peculiaris est hoc loco in Hebraeo, *nagash* enim *accedere* significat. Ad verbum dicendum esset, *accede mihi*; sed quis hoc intellexisset? Ideo Vulgatus recte sensum vertit: *Fac mihi spatium, seu accessum*. *Fac ut alio possim accedere seu concedere*. *Cede mihi vel quid simile*.

VERS. 21. — ET DICIS IN CORDE TUO, etc. NOVUM fuit Judaeis (ut ex Evangelio et Actis apostolicis apparet) videre quod et *gentibus impertiret Dominus gratiam Spiritus sancti*, adeo ut miraculis et revelationibus opus fuerit ut tandem acquiescerent. Erat quoque admiratione dignissimum eo tempore quo collapsa erat fides, et paucissimi erant in Ecclesia filii, eo, inquam, tempore, quo Ecclesia videbatur prorsus interire, exciso populo Dei, et Judaeorum republica prorsus deleta, subito videre totum orbem cognitione Dei illustrari, et barbaras nationes ad fidem propere. Unde istae voces: *Ego orbata et solitaria*; *quis genuit mihi istos?* etc. NON PARIENS. Galemud quatuor litteris constat, quas vocant *radicibus*. Quamvis autem hoc à rabbinis annotatum non inveniam, mihi tamen pro comperto est esse vocem compositam à nomine *gamal*, id est, ut medici vocant, *mola* (quae in matrice gignitur, et infructuosa est, ac nihil utilitatis habet, sed tantum similitudinem cum foetu) et radice *ialad*, id est, *genuit*; q. d.: *Generatio* (aut *partus*) *mola*. Quare illud Job 3: *Nox illa sit galemud*, sic interpretor, *sit nox qualis est in qua mulier, cujus partum expectabant, molam edit*; unde additur, *neque veniat in ea laus, seu exultatio*; et cap. 15: *Congregatio hypocritarum, generatio mola*; quae sanè comparatio est lepidissima. Denique Job 50 intelligitur de oppilationibus aliisque tumoribus qui tempore famis et egestatis ob insalubres cibos generantur. In hoc autem loco est forma feminina *galemudah*, id est, *gignens molam*. Ego, inquit, orbata, et veluti in utero molam gerens, qui nullo foetu produco, sed hypocritas et non fideles filios, etc. Quare *sterilem* cum Vulgato reddidi; licet non planè significatio exprimitur. Hanc interpretationem confirmant loci illi ex Job. Quid enim cap. 50 vult *nox sterilis*, aut *solitaria*? Sed de hoc vide quae ibi annotavi. Item, cap. 15, haec interpretatio ex sequentibus confirmatur, ubi quod dixerat, nempe *congregationem hypocritarum esse veluti tumorem molae*, et quod ignis devoraturus esset ejus tabernaculum, veluti exponens addit: *Concepti dolorem, et peperit iniquitatem*, id est: Concepti intra viscera iniquitatem et peccatum, et tandem ejus rei percepit fructum, nempe dolores et afflictiones, quae nomine *iniquitatis* Hebraei veniunt. Ventrem itaque hypocritarum gestare significabat cum bona congregaret et substantiam auget. Moritò itaque Ecclesia, quae non solum orbata sed filii videbat, sed infirmitatem suam agnoscebat, quod esset *sterilis*, et nullo filio qui filii nomine digni essent ederet, cum tantam fidelium multitudinem conspiceret, admiratur. *Quis, inquit, hos genuit? Ego enim jam dudum filiis orbata sum*, qui

nomine *filiorum* digni essent; nunc si uterum gero si pario, perinde est ac si *molam parerem*. Facit etiam hic quae de legis impotentia scribit Apostolus, et quae de hypocritis illius temporis scribit Evangelista. Haec ergo admiratione et his verbis fecundam Dei bonitatem insinuat, à qua generatio illa prodibat, ad quam nullas vires in se agnoscebat. Hic certè, lector, si aequus sis iudex, intelliges quantum momenti in una vocula situm sit si ritè expendatur, et quantum juvet ad Scripturarum intelligentiam linguam sanctam ad discere. Ego derelicta, sola; isti, ubi ipsi? id est, erant. Sed hoc parvi refert. Hic considera quam præter humanam spem oborti fuerint in toto orbe filii Dei, cum neque ipsa Ecclesia id unquam somniasse videatur. Quis enim putasset *ex lapidibus suscitandos filios Abrahae*? Certè locus hic mirum in modum mihi Dei bonitatem commendat.

VERS. 22. — LEVATO, etc. Explicat quoniam pacto venturi erant ex universo orbe ad Ecclesiam filii ipsius; non dacio per mundum exercitum, non armis, non multo meo labore, aut tuo; nihil aliud faciem quam extollam manum meam, et signum meum, ut gentes illud videre possint. Ne dubites hic loqui Dominum de signo seu vexillo crucis et predicatione Evangelii. Ubi enim de cruce prædicatio ad gentes pervenit, in qua exercebat se manus et virtus Dei, quae aereas potestates devicarat, et de quibus in cruce moriendo triumphaverat, nulla morè, captivantes intellectum in obsequium fidei, expientes Filium Dei in Evangelio, infiniti homines in filios Dei adoptati sunt; ex quibus quamplurimi regibus et principibus mundi fuerunt in pretio, et magnus honoris affectu, praesertim cum ipsimet principes ab eis audiebant verbum Dei, et in Christum credere incipiebant; tunc se regnare sua illorum arbitrio tradebant, et illos reges, se verò servos eorum arbitrabantur. Haec enim est vis crucis agnita, ut omnia reputentur vilia, si cum dignitate ejus conferantur. Illi verò per quos virtus Domini se exerit, in quorum pectoribus agnoscebat Christus habitare, et per os loqui, dictum mirum quanto in honore habebantur ab eis qui veritatem agnoverunt. Oculi emerunt, ut est apud Paulum, si id servis Dei viderent cordi esse. Quare non immerito et non nisi summè cum venustate his tropis utitur propheta, in sima deferre, et super humeros sustollere; et quod sequitur.

VERS. 23. — ERUNT REGES NUTRIITI, etc. *Omenim, fidos seu fideles* sonat Hebraei; quae voce *curatores, procuratores, dispensatores, aecomonomos, nutritres* seu *educatores*, quorum fides et cura res et officia aut infantes et committuntur, significant Hebraei; nimirum à fide, quae potissimum in his spectari solet atque requiri. Quod et D. Paulus significare, et quasi datè operà hanc vocem explicare voluit, 1 Cor. 4: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei*. Quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fideles aliquis reperitur. Vide et 1 Tim. 1. At nomen *nutricium*,

menicoth, est à *lactando*; ideò *lactatrices* dixi. Pro reginis autem *principes mulieres*, propter pronomen *eorum*, quod omittendum non erat. Manus enim est uxoratas reginas alere alienos infantes. Adde quod *sar, princeps* est, cujus hic est plur. femin. Haec figuratè summus honores et summas delicias notat; sicut etiam quod sequitur, *quod vultu in terram demisso*, etc.; quod non intelligas tantum de oculis in terram fixis, sed quod procumbentes et naso terram attingentes supplicarent. Nam pro *vultu in terram demisso* habet hebraismus *nasi terra*; quod puto Hebraeos efferre sicut nos Hispani componimus duo nomina substantiva, et quasi unam vocem efficimus; quae oratio per ablativum absolutum redditur. Hanc eandem phrasim habes Gen. 42, de fratribus Joseph, et Gen. 19, de Loth, quando angelos invitavit in hospitium. Caeterum quod sequitur: *PULVEREM PEDUM TUORUM*, etc., simile est quod nos Lusitani dicimus: *Osculabuntur terram in qua pedem feceris*, pro: *Summum honorem deferre, et tantum non pro Deo colere*; quod in usu fuisse apud gentes meminisse auidisse. Hyperbolice autem et per aures dictum est *lambendo de pasceri pulverem*. ET SCIES. Tunc experimento comprobabis me esse verum Deum, ut qui te ad tantam dignitatem exerxi, cum jam de te actum esse credere alii potuissent, tu verò timeres. Intelliges etiam me talem esse Deum cui qui *imixti fuerint non pudebunt*. Hebraismus sic habet: *Cui non pudebunt sperantes mei*; vel, qui *erectis in me sunt animis*. Cum autem rebus ferè desperatis Deus adsit, et tunc maxime servet quando jam nihil spei superest, nonne quodammodo ab homine fiduciam extorqueri videtur ut ab eo pendere velit?

VERS. 24. — NUMQUID TOLLETUR, etc. Fingit incredulorum voces, et rei difficultatem describit, ut bonitatem Dei amplifiet atque potentiam, et fiduciam confirmet. Qui fieri potest ut *praedam quam heros quispiam et gigas cepit, aliquis ab eo auferat*? Quoniam pacto qui à tyranno captivi tenentur, cujus potestati in terrâ non est quae comparatur, cripia ab ejus vinculis poterunt? Qui fieri poterit ut gentes diaboli mancipia ad simulacra muta, prout ducebantur euntes, excusso jugo, Deo serviant, et in filios Dei et Ecclesiae computentur? In Bibliis quidem Hebraei in secundo membro est nomen *tsadic*, *captivitas justis*, pro quo Vulgatus *quod captum fuit à robusto*, quasi legerit *arist*, quod nomen vers. seq. legitur, ubi haec verba repetuntur. Est autem in litteris affinitas ac similitudo, ut errorem scribe suspicari possimus; nisi dicamus adjectivè accipit, ut interdum solet, et hic *captivitatem justam* vocari captivos quos fortis ille justus captivos detinebat. Nam cujus voluntatem quis facit, ejus efficitur servus.

VERS. 25. — CAPTIVITAS A FORTI. Non potest à forte

CAPUT I.

1. Haec dicit Dominus: Quis est hic liber repudi matris vestrae, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris

cripi praeda nisi ab altero fortiori. Hic certè promittit Dominus, quia aliquid quempiam venturum in mundum, qui alligaret fortem illum et robustum gigantem, et universam ejus substantiam auferret, ut est in Evangelio Matth. 12, et Luc. 11, et Marc. 3; in quibus locis nomen *gibor* videtur reddidit nomine *legyes*. Nam nulli dubium esse debet quin in eâ similitudine ad hunc locum Isaia respexerit Dominus, et ex eo loco Evangelii hujus loci intelligentia petenda sit. ET EOS QUI TE JUDICAVERUNT. Hebr. *Et eos qui te litigando oppugnaverunt ego litigando oppugnabo*; vel: *Cum litigatoribus tuis ego litigabo*. Petit Psaltes à Domino quod hic se facturum pollicetur; ubi nostra editio: *Judica, Domine, nocentes me*, habent Hebraei: *Litiga, Domine, cum litigatoribus meis*; vel potius: *Litigando oppugna, Jehova, qui me litigando oppugnant*. Ego, inquam, litigabo, ego oppugnabo; tu tacebis: id enim vers. seq. explicat.

VERS. 26. — CARNIBUS SUIIS, id est, faciam ut mutuis se vulneribus conficiant. Tunc enim ore gladii carnes suas assumunt et sanguine suo sese inebriant, dum suo ipsorum sanguine et mutua caelestis commaculant, et fraterno sanguine maderent et gladii et manus et vestes. Estque allusio ad locos illos in Scripturis in quibus narratur quod hostes Israelitarum mutuis caedibus se deleverunt; quod non semel accidit. Quae nihil aliud significant quam incrementum victoriam et sine labore filiorum Dei partem. Concederunt adversariae potestates, debellati sunt tenebrarum principes; erepti sumus de earum potestate. Quas, quæso, operas huic bello impendimus? quid contulit auxilium Ecclesia aut ejus filii? Solus ipse hostes delevit, et principem mundi eiecit foras. Ut vel hæc una ratione dammandi sint improbi Christiani, quod principes hujus mundi jam damnatus sit, illi verò damnato et expulso rursus obediunt, et quasi potestates de ejus damnatione, ut loquitur magnus ille Basilien, jacentem stabiliant, et ejus regnum iterum exsuscitent. ET SCIENT OMNIS CARO, etc., id est, manifestum apparebit cuivis volenti rem perpendere et quae facta sunt secum pensare, quod ego sim ille fortior, ego Deus carne indutus apparuerim, ut dissolverem opera Diaboli, et sim potentissimus Israelitarum Deus, qui eorum causam ago. Quis enim potuisset sic alligare fortem illum, et captivos ejus liberare, nisi Deus? Quis potuisset efflicere ut qui ab incumabulis omne genus vitii succubuit, subito fidem Christi amplexatus, et Evangelio auscultans, sanctè et inculpate vivat, non solum à peccatis, sed à passionibus animi liberatus, nisi Deus multò fortior illo hoste? *Quis similis tui in fortibus, Domine?* Verè agnoscimus quod tu potentissimè nos liberaveris, et Redemptor noster sis, Deus et homo, Dominus noster et frater noster. Sit nomen tuum benedictum in secula.

CHAPITRE I.

1. Voici ce que dit le Seigneur: Quel est l'écrit de divorce, par lequel j'ai répudié votre mère? ou quel est le créancier auquel je vous ai vendus? C'est à

venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram :

2. Quia veni, et non erat vir; vocavi, et non erat qui audiret. Numquid abbreviata et parvula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecco in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in sicco: computrescent pisces sine aqua, et morientur in siti.

3. Induam colos tenebris, et saccum ponam operimentum corum.

4. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo, erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum.

5. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abi.

6. Corpus meum deli percutientibus, et genas meas vellentibus; faciem meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me.

7. Dominus Deus auxiliator meus; ideo non sum confusus; ideo posui faciem meam ut petram durissimam, et scio quoniam non confundar.

8. Juxta est qui justificat me; quis contradicet mihi? stemus simul; quis est adversarius meus? accedat ad me.

9. Ecce Dominus Deus auxiliator meus; quis est qui condemnet me? ecce omnes quasi vestimentum conterentur, linea comedet eos.

10. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? qui ambulavit in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine Domini, et innitatur super Deum suum.

11. Ecce vos omnes accendentes ignem, accineti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis; de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — HÆC DIXIT, etc. Cum incredulis Judæis res jam nobis est. Quasi enim non contenti fuerint responsione Domini, qui orbitatem compensandam gentium multitudine promittebat, adhuc de Deo conquirebantur, dicebantque Deum, qui sibi despondisset progeniem Judæorum, eam quasi immeritam abjicisse, et alteram duxisse. Hic ostendit non esse quod conquerantur. Nam Judæi primum divortium fecerunt cum Deo; neque voluerunt Filio Dei invitanti et reconciliare volent acquiescere ac credere. Unde ipse in Evangelio jure optime conqueritur: *Quoties volui congregare, etc., et voluisti?* Quare justo Dei iudicio damnati sunt. Quis est hic? N. de loco solet esse interrogatio; ut Gen. 4: *Ubi est Abel?* et sæpe conjungitur cum pronomine *tu*, ut hoc loco; quod tamen optime per verbum substantivum redditur, ut 1 Sam. 9: *Ubi est domus Videntis*, etc. Interrogat ergo apud quemnam esset, ubinam inveniretur, ut examinari posset, etc. REPUDIUM. A verbo quod *scindere* significat formant Hebræi nomen quo vocant *divortium*: unde in lege *liber recessione* est, quem Marcus vocat *ἡ ἀποστάσις*, *librum divortii*; quem interpres Matthæi uno no-

caute de vos péchés que vous avez été vendus, et ce sont vos crimes qui m'ont fait répudier votre mère;

2. Car je suis venu, et il ne s'est trouvé personne; j'ai appelé, et nul ne m'a entendu. Ma main s'est-elle raccourcie, est-elle devenue plus petite? N'ai-je plus le pouvoir de vous racheter, ni la force de vous délivrer? Voici qu'au seul bruit de mes menaces, je tairai les eaux de la mer, je mettrai les fleuves à sec; les poissons n'ayant plus d'eau, se corrompent et mourront de soif.

3. J'envelopperai les cieux des ténèbres, et je les couvrirai d'un sac.

4. Le Seigneur m'a donné une langue éloquente, afin que je puisse soutenir par la parole celui qui est abattu; tous les matins, tous les matins, il excite mon oreille, afin que j'écoute comme un maître.

5. Le Seigneur Dieu m'a ouvert l'oreille, et je ne l'ai point contredit; je ne me suis point retiré en arrière.

6. J'ai abandonné mon corps à ceux qui me frappaient, et mes joues à ceux qui m'arrachaient le poil; je n'ai point détourné mon visage de ceux qui me couvraient d'injures et de crachats.

7. Le Seigneur Dieu est mon protecteur. C'est pourquoi je n'ai point été confondu, et j'ai présenté mon visage comme s'il eût été une pierre très-dure; car je sais que je ne serai point confondu.

8. Celui qui me justifie est auprès de moi; qui est celui qui se déclarera contre moi? paraissions ensemble; qui est mon adversaire? qu'il s'approche.

9. Le Seigneur Dieu est mon appui; qui entreprendra de me condamner? Voici que tous périront comme un vêtement usé; la teigne les dévorera.

10. Celui d'entre vous craint Dieu, et qui entend la voix de son serviteur? Que celui qui a marché dans les ténèbres, et qui n'a point de lumière, espère dans le nom du Seigneur, et qu'il s'appuie sur son Dieu.

11. Mais vous tous qui avez allumé le feu, qui êtes entourés de flammes, marchez à la lumière de notre feu et dans les flammes que vous avez excitées, les douleurs seront votre couche: c'est ma main qui vous a traités ainsi.

mine dixit ἀποστάσις, q. d., *divortiale*. Vide Deut. 24. Servabantur autem hujusmodi libelli fortè non solum apud repudiatam, sed apud publicum scribam. Nam prohibitum erat in lege ne iterum prior maritus reciperet quàm semel repudiasset, si alteri repudiata nupsisset; quare necessarium erat hujusmodi libellos servari. Ad quam consuetudinem non sine irratione alludens Dominus ait: *Ubi est liber, et ut fidem faciat ostendat verum esse quod dicitis*, me scilicet tantum quia libuit abjicisse matrem vestram, ac non potius ob justas et necessarias causas. Quo nunti, etc. *Vulgatus ascher* relativum retulit ad libellum. Possimus tamen juxta hebraismum ad matrem referre; nam geminant relativa Hebræi. Ad verbum *quam dimisi eam*. Quis creditor? Hebræi, *cui ex creditoribus meis*, q. d.: Non habeo creditores, non habeo oppressores, quorum pecuniis indigeam; quibus, cum non sim solvendo, oporteat pignus dare, aut filios meos in servos tradere immerentes et servitute indignos. Ecco IN INIQUITATIBUS, etc., *beth*, id est, *in*, Hebræi interdum valet *per*, vel *propter*. Hic credo causam notare. Non necessitate, inquit, mea, aut indigentia,

factum est ut in servitum abiretis, sed is est fructus iniquitatum vestrarum; quas mox exponet: Et in sceleribus. Neque rursus tantum quia libuit, aut fastidio matris vestrae, more humano, eam dimisi, ut alteram mihi copularem. Feci cum illa divortium; id equidem fateor, sed *transgressionem vestra* fuerunt in causâ quæ me quasi invitum id facere compulerunt. Hinc propriè discas loqui. Quando dicimus: *Deus oppressit nos, repulsi nos, destruxit regnum*, etc.; jam tamen verè ita dicamus, magis apta locutio fuerit: *Oppressi sumus, repulsi sumus, perit regnum propter scelera*, etc. Cum enim Deus propter peccata calamitater inducit, non propriè dicitur Deus auctor et causa malorum, sed illa quæ quodammodo impulerunt Deum ut id faceret. Ideo cum quodam loco David dixisset: *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ*, statim quasi per correctionem addidit, *non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum*.

VERS. 2, 5. — QUIA VENI, etc. Hic habes causas divortii et exilii Judæorum ultimi, quod adhuc durat. Veni in propria, ad hereditatem meam, ad populum meum, ad domum meam, ad sponsam meam; et non erat vir, id est, quisquam. Solitudo civitatem meam et domum meam occupavit. Jam in peccati captivitate abierant; jam venditi sub peccato erant; à quo tamen si resipiscerent, et me vocantem, obsecrantem, et multitudine beneficiorum pertrahentem: audissent, salvi esse potuissent; sed vocavi, et nemo mihi respondit. Hic vides eos qui peccatis immersi sunt non computari inter viventes, et quasi non esse in numero hominum; et qui vocationi Dei non obedit, perinde uti mutum reputari. Hæc autem dicit Dominus propter paucitatem eorum qui ex tam innumerabili multitudine Evangelio crediderunt. Quid ergo miramini divortium? quid venditionem vestram delictis? Quid erat à me amplius præstandum? Expectabatis adventum meum: Veni. Quod si somno eratis oppressi, et aliud agebatis, recavi vos; et totum illud spatium temporis quo inter vos fui vocatio quedam fuit, et clamor meus continuus: *Clamabam in congregationibus, in synagogis, in templo, quo omnes conveniebatis, per vias, per domos, per agros; item clamabant et vocabant vos signa et prodigia quæ faciebam, immensa beneficia, vita mea, doctrina mea, ut ad me veniretis, et resisteremini, ut penitentiam ageretur, quod ad regnum Dei pertinere possetis, et nemo respondit, nemo, inquam, ex vobis qui conquerimini ob captivitatem, etc.* Nam sermo tantum cum incredulis est. Numquid abbreviata, etc. Tacite objectioni respondet, quæ talis esse poterat: *Decebat Redemptorem, quem expectabamus, manu fortis eripere à servitute Romanorum, quâ jam eo tempore premebamur; At Jesus, qui ad nos venit, in humilitate et infirmitate venit; neque ullum regni aut imperii specimen in eo aspicimus.* Respondet Dominus: *Non eo inficius; esto. At numquid nesciebatis in Deo esse infinitam virtutem, quâ posset, si vellet, universum mare et flumina exsiccare, et veluti desertum redigere, ut universi pisces tam maris quàm fluminum*

corrupti putrescant et foveant? insuper et celi faciem immutare, et astra obscurare, etc.; igitur et Romanum imperium dissolvere, et vos in pristinam dignitatem restituere. Quis enim illi manus præcederat aut amputaverat? Oportebat itaque vos mihi, quem ille ad vos mittebat, aures accommodare, dicto parere, illius mandata, quæ ad vos deferrebam, alacri animo percipere. Quod ubi præstitum à vobis fuisse, si repudiatis matrem vestram et vos in servitute vitam ducere adhuc videretis, esset fortassis querimonie locus. Et hic planus et germanus est horum versuum sensus. ABBREVIATA ET PARVULA. Hebraismum ego reddidi; ad verbum: *Numquid abbreviando abbreviata est manus mea?* Sicut enim ad liberandum dicitur *manus extensa*, et manus fortis dicitur *manus magna et excelsa*, ita infirma dicitur *decurtata*. Sensus Vulgatus reddidit. Er non possit redimere. Hebr. unico nomine dicit à liberatione. INCREPATIONE. Allusio est ad verba Davidis quibus creationem mundi describit; cum enim ad mandatum illud pervenisset: *Congregatur aqua in locum unum, et appareat arida*, sic ait: *Abysus, sicut vestimentum, amictus ejus (scilicet terre erat); super montes stabant aque.* Ab increpatione tuâ fugient, à voce tonitru tui formidabunt.

VERS. 4. — LINGUAM ERUDITAM, seu *eruditorem*, id est, qualis est eorum qui rem didicerunt et à præceptore optime instructi sunt. Certè est quod Dominus in Evangelio dicit: *Quæ audisset à Patre suo, illa nuntiavit*; et quod doctrina illa esset doctrina ejus qui se misisset, et à seipso non loqueretur; sed quæ audisset et vidisset, illa testaretur. Ut sciam sustentare eum, etc. Sensus doctissimè reddidit interpres; suntque verba Domini Jesu. Ego, inquit, audiendus à vobis eram; à Deo enim veni magister; diffudit ille gratiam in labia mea; inaudita eloquentia lingua mea prædita est. Didici et optime novi quid afflictis et defatigatis hominibus et sub peccati iugo gementibus loqui debeam. Tempestivè satis et pro cuiusque capto, et quod cuique opus est, novi verbum accommodare. Ad hunc fortè locum respexit Dominus, quando in Evangelio ait: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Viderit itaque sic dicere: Numquid audire me, qui à Deo doctus ad vos docendos et consolandos venebam, quidquam virtuti Dei detrahebatur quam expectabatis ut vos liberaret? Aderamne durus exactor? Docebamne ea quæ non ego prius facerem? Nonne saltem propter mansuetudinem et humilitatem meam deberatis me pro præceptore accipere? Impecebamne onera gravia et imperturbabilia, sicut scribæ et Pharisei, quæ tamen digito non attingebant? Nonne coram inexplicabilem avaritiam et Satanicum fastum patienti animo tolerabatis? At ego ad sublevandos lassos et defatigatos venebam; liberabam omnes oppressos à diabolo; pertransibam beneficiando; nulli labori parebam ut vos bene haberetis. Quia igitur veni digni estis si me non audistis? ERIGIT MANE, etc., id est, singulis diebus, primo quoque mane, eo videlicet tempore quod ad discon-

dum aptissimum est. Hæc autem nihil aliud designant quàm summam in Domino Jesu promptitudinem, obedientiam et eruditionem, quâ à Deo instructus est ut Judæorum gentem doceret. Quod facit et versus qui sequitur. Interim tamen nota quòd excitare aures dicat hebraismus pro excitare auditum, vel ad audiendum; unde et Latini arrigere aures dicunt. Perinde ergo ac si diceret, manè me facit arrigere aures; et sic accipe verbum erigendi apud Vulgatum. Nam quod quidam alludentes ad præceptorum consuetudinem, qui nonnunquam discipulorum parum attentorum aures vellicant, dixerunt: *Manè vellicat mihi aurem*, iudicet prudens lector an conveniat. Ego hebraismum libenter amplector.

VERS. 5. — APERUIT MIHI AUREM. Hebraismus est, de quo jam supra. 48 et 53, id est, fecit ut audirem eum, et auscultarem; significavit mihi quid vellet, quid mihi pro tantis beneficiis redderit essetis. Ego autem non contradico. De verbo *marah*, quod est *mutabilitas*, id est, inobedientie, veluti ex quâdam animi impotentia, superius dictum est; q. d.: «Non molestè tui; non indignus sum,» aut «exacerbat;» tranquillo animo quæ dicebantur excepi. Venit inimicus,» inquit in Evangelio, «et in me non habet quidquam; sed ut cognoscat mundus quòd diligo Patrem, et quòd sicut dedit mihi mandatum, sic facio.» RETROBREM NON ABII. Non me poenituit adventus mei ob tantam ingratitudinem quæ mihi significabatur; sed libenti animo omnibus me exposui. Quod versus sequens exprimit.

VERS. 6. — CORPUS MEUM DEDI, etc. *Geu* Hebræis est eminentis pars corporis humani, scilicet dorsum, ut Prov. 19, et Job. 50; deinde et pro corpore accipi potest. Hæc autem prophetia manifestior est quàm ut expositione indigeat. Legimus enim in Evangelio verba, sputa, alapas et contumelias, quæ omnia pertulit Dominus Jesus summâ cum dilectione nostri; qui præcedebat suos dum iret Jerosolymam, ubi eum hæc manebant; qui coarctabatur desiderio baptismi sanguinis sui, etc. Aperiuerat ei Pater aurem; denyntiaverat quæ vellet eum pati; ille corpus suum dedit percussoribus, etc. Passus enim est quia ipse voluit, etc. De depilatione autem genarum tacent quidem Evangeliste; sed est etiam Isaias Evangelista. Omni enim genere contumeliarum affectus est. Habet autem vellicatio barbe et dolorem et insignem contumeliam; quemadmodum et faciem conspuere, quod proverbiali formâ tangeret. Job. 30: *A facie meâ non prohibuerunt sputum*. Hæc itaque pro obedientia et subjectione mihi reddidistis, quem intellexistis ad vos à Deo missum.

VERS. 7. — DOMINUS DEUS AUXILIATOR MEUS, etc. In Hebræo est conjunctio: *Et Dominus meus Jehovah*, id est, et quidem quantum ad me attinet, etsi hæc tam acerba passus sum, tamen cum Dominus mihi auxilium prestaverit, factum est ut ignominias pro nihilo duxerim, omniaque ingenti animo pertulerim, ac si saxum durissimum percuterent. Quantum illi impotentis animo, furore perciti, conviciorum, contem-

ptiarum ac tormentorum in me afferebant, tantum ego patientie et fortitudinis exhibebam, ut saxo durissimo comparari posset *facies mea*; quare experimento didici quòd non pudefactus sum. Omnia enim illa gloriæ et exaltationis seminarium fuerunt. Nos sui confutes. Ad verbum *Non sum ignominia affectus*, id est, non me putavi ignominia affectum; sed proposito gaudio omnia sustinui lætus. Ideò rosci. Quia nempe Deus auxilio mihi erat. Ecce habes, si Deus adsit, si animum confirmet, ignominiam non esse ignominiam; neque contumeliam, contumeliam; neque quæ dolorem afferunt, dolorem afferre; sed omnia, veluti sinus cautes et saxa, perferre nos posse. Vide Paulum, qualem se in adversis gerebat. En quæ illi infehebant hostes tristem facere poterant absente Deo; at ille cum suis semper gaudebat; nihil quidem habere videbantur; at illi se gerebant ut qui plurimos læcuparent, etc. PETRAM DURISSIMAM, *chalanis* unica vox est Hebræis, quam *petram durissimam* perlique interpretantur; de quâ quia neque rabbini nec nostri quidquam certi habent, credo mihi gratiam habiturum lectorem si de hæc voce, ex cuius intelligentia nonnullorum locorum S. Scripturæ cognitio pendet, etiam aliquantulum diffusius disseruero. Et quidem si etymologiam Hebræam spectes, videtur à *chalanis domui* dicta insertâ litterâ *mem*; quam etymologiam apud quemdam virum doctum reperi. Verum cum ille existimaret cum aliis silicem aut petram durissimam significare, dictam putavit quasi contrariâ verbi significatione, quòd non domaretur. Ego verò cum pro comperto habeam significare *chalybem*, rectè à domando appellationem habere arbitror. Pauca etenim sunt quæ chalybe non domantur. *Chalybem* autem voco ferrum, vel potius medullam ferri, et quod Plinius, lib. 54, c. 14, *nucleum ferri* appellare videtur. Docet enim ejus usum ad induendam aciem instrumentorum ferreorum esse. Unde Aristoteles 4 Meteor. ferrum durissimum vocat *σπίς*; os enim, quemadmodum Hebræi, gladiis tribuunt Græci. Quòd autem *chalanis chalybem* significet, præter vocum similitudinem et cognationem elementorum et etymologiæ convenientiam locus Job 28, qui aliter intelligi non posse videtur, confirmat, ubi cum de industria hominis multa disserens, dicit mittere manum ad *chalanis*, et vertere montes, atque excindere in petris rivus, etc. Certè si *chalanis* non est *chalybs*, quomodo hæc facit homo? At *chalybe* et ferreo instrumento arripere quos montes non evertit? quos rivus non excindit? Sed de his verbis Job suo loco plura. Quare quando in Deuteronomio et Psalmis dicitur *duxisse Deus aquam aut oleum de chalybe*, hyperbolica metaphora est, nihil aliud notans quàm unde sperare nemo posset, inde Dei beneficio et virtute illa fuisse producta in hominum utilitatem. Quòd si hæc vera sunt, ut certè esse videntur, non jam dicendum erit, ut nonnulli existimant, à populis qui *Chalybes* dicuntur, prope fluvium Thermodoontem, qui ferri usum inveniunt, ferrum *chalybem* appellatum; quinimò cum nomen Hebræicum *chalybis* ipsis populis sit antiquius, adeoque et usus ferri, ut ex

libro Genesios est manifestum, ab ipso *chalybe* tam illos in Asiâ, quàm alios quos Justinus in Hispaniâ collocaat, *Chalybes* appellatos fuisse. Sicut enim vocum Græcarum à Latinis origo petenda non est, sic neque Hebræicarum à Græcis aut quibusvis aliis. Ergo, ut ad rem redeam, *faciem suam* propter inauditam constantiam atque fortitudinem *chalybi* comparat Dominus Jesus. Et scio, vel sciebam, vel experimento didici. Est enim quondamque sensus et experientia: «Vidi et expertus sum quòd non pudefactus sum.» Nam quia factus sum obediens usque ad mortem, accepi nomen super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, etc.

VERS. 8. — Poterat adhuc quispiam obijcere, damnatum vidimus, crucifixum ac mortuum, secundum legem maledictum; non eripuit eum Deus de manibus nostris; quid ergo ab eo expectare quis poterit ut quis ejus adventus ad redemptionem nostri faciebat? Hic et hujusmodi cogitationibus respondet Dominus, non pro damnato haberi debere quem Deus in judicio absolvit, neque pro maledicto et impio habendum cui Deus opitulatur. Quid mihi, inquit, hominum judicium obijcitis? En adest qui me justificat, id est, justum pronuntiat. Die tertio post hominum damnationem redivivus appareo. Non diu tardavit. Quid crucem, et non resurrectionem cogitatis? jam adest qui me justificat; quis audebit me quasi litigando oppugnare, aut mecum judicio contendere, audeatque dicere me morte dignum fuisse? Hoc planè est quòd Dominus dicebat apud Joannem, quòd Spiritus sanctus convinceret mandum de justitiâ, id est, manifestè confirmaret justum fuisse Jesum, cujus justitiâ vel ex hoc conspicua esset quòd ad Patrem iret, jam non videndus in terris. Quem autem Deus et cælum si susciperet, quis injustum et peccatorem auderet affirmare? QVIS EST ADVERSARIUS MEUS? Variè potest reddi hebraismus propter vocem *baal*, quis dominus judicii mei? vel, quis habet judicium meum? vel, quis in potestate habet judicium meum? id est, quis audeat de me judicium ferre? vel potius, quis speret quòd palmam ferat et victor evadat si mecum in judicium descenderit? Hoc vocat Dominus judicium sal. Accedat, et videat quàm insanus sit.

VERS. 9. — ECCE DOMINUS DEUS. Repetit fere quòd dixit, nisi quòd explicat quis sit ille adiutor. Certè ex hoc loco assumpsit Paulus illud ad Romanos: «Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus, qui justificat; quis est qui condemnabit? Quod hic Deus auxiliator dicitur, Paulus: Si Deus pro nobis. Quod hic dixit irib, id est, litigando oppugnabit, Paulus dixit: Quis contra nos? Quod hic *ireschi*, Paulus verbo *καταξίω* reddidit, quod est condemnare, et improbum declarare. Opponiturque Hebræis verbo *justificavit*, absolvit, etc. Quæ enim hic de Christo dicta sunt, Paulus ad fratres Christi, filios Dei et electos ejus detorsit. Nam exemplo Christi non timere et pro nihilo ducere hominum damnationem et judicium debemus. Quæ autem sequuntur huc quoque faciunt. ECCE OMNES QUASI VESTI-

MENTUM, etc. Quid miseris hominibus ad judicium voco? Annon manifesta est eorum inscitia qui, cum sint mortales et vermium esca, audent de electo Dei sententiam ferre, et quem Deus vivificavit et exaltavit et redemptorem universorum constituit, non verentur convitiis proscindere, et seductorem et maledictum appellare? Hic facit quòd infra dicitur: «Nolite timere opprobrium hominum, et convitiâ eorum ne metuatis: sicut enim lanam, sic comedet eos vermis, etc.»

VERS. 10. — QVIS EX VOBIS, etc. Conclusio est in his duobus versibus totius orationis, et dignissima quàm perpetuâ mente voluimus: q. d.: Quamobrem, ô viri Judæi, quicumque Deum colitis, non hominum judicium sectemini, sed etiam in mediis malis et tempestatibus in Deum confidite; ab eo nunquàm recedatis. Audite voces prophetarum suorum, præsertim illius servi ejus qui ad vos mittetur, quando redemptionem spectabitis. Non vos ejus mansuetudo et humilitas conturbet. Sufficiat servum esse Dei. Dictis ergo ejus acquiescentes, sperate quòd redimamini. Sunt, ni fallor, prophetae voces de Christo, vel potius Christi Domini, qui causam perditionis Judæorum præcognoscebat. TIMENS DEUM. Facit timor Dei sana consilia capere. AUDIENS VOCEM SERVI EJUS. Auscultans Jesum, quia eum servum Dei agnoscebat, quem misit Deus horâ cana dicere invitatus ut veniret. QUI AMBULAVIT, etc. Etiam in medio umbræ mortis ambuletis, etiamsi universa tenebris miseri videatis, etiamsi nullam lucem affulgere, sed omnia obscura temporum et hominum malitiâ, quando habito illo sero Dei pro seductore, et comprehenso tanquàm latrone, et in crucem acto tanquàm impio, ad mentem tenebras notandas, in medio die sol obscurabitur; ne tamen spem et fidem deseratis, sed in Dei nomine confisi iunimini Deo vestro, sicut Abraham, qui contra spem in spem credidit; sciebat enim quòd mortuos posset suscitare. Hoc timentes Deum facient; quorum tamen paucissimus est numerus; infidelium autem immensa multitudo, qui ut non timebant Deum, sic neque vocantem Dei servum auscultarunt, sed (ut est in Evangelio) contumeliis affectum occiderunt. Quare in media luce sol eis occidit, et in tenebris remanserunt usque in hodiernum diem; non enim sperarant in Deum, neque crediderunt hominem illum Jesum aut doctrinam ejus quidquam ad redemptionem quam sperabant facere. Quare ad hos jam conversus non sine irrisione ait.

VERS. 11. — ECCE OMNES VOS ACCENDENTES IGNEM, etc., vel (ut exigit usus participiorum in formâ quam vocant regiminis) accensores ignis; qui veluti ex officio id agitis omnibus vestris actionibus, studiis, sermonibus nec non et cogitationibus ignem accenditis, veluti furnis accendendis deputati quidam homines, ferè omnes vos, ô Judæi, tales estis; estis etiam. ACCINCIT FLAMMIS, vel accinctores; videtur enim esse in formâ activâ. Dixit autem Vulgatus *flammas pro laqueis seu manibus, sicut*, quia mox sequitur, in sicut quos succendistis; ex quibus verbis videtur flammas vel quid

simile significare. Quod ut non reprobo, ita existimo hic *vincola ignea* designari, per quæ ignem damnatorum intelligit; nam et vincola sunt, et ignea sunt. Quare *succendere laqueos* dicuntur qui ignem illum, in quo detinebuntur, studiis suis nutriunt et foveant. Estis omnes *accinctores laqueorum*, qui nihil aliud agitis quam laqueos conficitis, vobisque et aliis aptatis. Vel certe *laqueos* vocat fasciculos laqueatos, et qui aliquo vineculo constringuntur. Vocat ergo eos *accinctores ignis*, et *accinctores fasciculorum igni aptorum*, id est, fornacarios et carbonarios seu lignatores. Hi sunt impiorum omnium tituli, sibi enim ignem æternum et fomenta parant jam hic semiadusti et horridi, veluti carbonarii. *Ampliate*. Qui *timent Deum et audiunt vocem servi Dei*, dum sint in mediis tenebris, *timent Deo suo*, et fiduciam non deserentes, tandem emergunt et liberantur: Vos verò, infideles et impii, magni *incendi domini* et auctores, *incedite in lumine* (seu luce) *ignis vestri*, et in luce *laqueorum* (seu fasciculorum) quos *accendistis*. Quod si vells beth accipere pro in motus, dic: *Ite in focum ignis vestri*, et *fasciculator vos succendistis*, etc., ad hanc certè lucem

CAPUT LI.

1. Audite me, qui sequimini quod justum est, et queritis Dominum; attendite ad petram unde excisi estis et ad cavernam laci, de qua præcisi estis.

2. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram, quæ peperit vos; quia unum vocavi eum et benedixi ei, et multiplicavi eum.

3. Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas ejus; et ponet desertum ejus quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini; gaudium et lætitia invenietur in eâ, gratiarum actio et vox laudis.

4. Attendite ad me, popule meus; et tribus mea, me audite; quia lex à me exiit, et judicium meum in lucem populorum requiescet.

5. Propè est justus meus, egressus est salvator meus, et brachia mea populos judicabunt; me insulæ expectabant, et brachium meum sustinebant.

6. Levate in cælum oculos vestros, et videte sub terrâ deorsum; quia cœli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur et habitatores ejus sicut hæc interibunt; salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet.

7. Audite me, qui scitis justum, populus meus, lex mea in corde eorum, nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne metumatis.

8. Sicut enim vestimentum, sic comedit eos vermis; et sicut lanam, sic devorabit eos tineæ; salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generationibus generationum.

9. Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini, consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?

10. Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssus vehementius, qui posuisti profundum maris viam ut transiret liberati

emergetis, ignis nempe inextinguibilis; vester enim est; vobis eum parastis: ut sit illud Evangelii: *Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo*, etc. De manu mea, etc. Ego, quem vos ut hominem seculorum reprobastis, ego vos ad hunc ignem damno. Vos enim ipsi dixistis justum esse ut rex mitteret exercitus suos qui homicidas perderent, et civitatem illorum exurerent qui heredem et Dominum vineæ occiderunt. Ad hoc incendio ad illud transibitis justo Dei judicio. Quare ille sicut oves cubabitis vel cubatum ibitis, ad dolores et tristitias; doloribus capita acclinabitis. Hæc sunt latera inferni, hæc strata, hæc cervicalia, nempe dolores. Nisi malis juxta hebraismi consuetudinem tanquam adverbium accipere *kemaatebah*, ad dolorem, id est, dolenter, seu cum dolore. Hic deveniunt impii et infideles Judæi, qui non auscultarunt linguam illam eruditam, neque refeci voluerunt à Christo Domino, quinimò in *Servum Dei* fuerunt injuri et impii. Hæc denique est sors impiorum omnium. *Pluet enim super peccatores laqueos; ignis, sulfur, et spiritus procellarum, pars calicis eorum*.

CAPITRE LI.

1. Écoutez-moi, vous qui suivez la justice, et qui cherchez le Seigneur; rappelez dans votre esprit cette roche d'où vous avez été taillés, et cette carrière profonde d'où vous avez été tirés.

2. Jetez les yeux sur Abraham votre père, et sur Sara qui vous a enfantés; considérez que je l'ai appelé lorsqu'il était seul; et je l'ai béni; et je l'ai multiplié.

3. C'est ainsi que le Seigneur consolera Sion, et il réparera toutes ses ruines; il changera ses déserts comme en un lieu de délices, et la solitude comme en un jardin du Seigneur; on y trouvera la joie et l'allégresse; on y entendra les actions de grâces et les cantiques de louanges.

4. Écoutez-moi, ô mon peuple; nation que j'ai choisie, entendez ma voix; car la loi sortira de moi, et ma justice éclairera les peuples, et se reposera parmi eux.

5. Mon juste est proche; mon Sauveur va paraître; et mes bras jugeront les nations. Les îles seront dans l'attente de mon secours, elles attendront les effets de ma puissance.

6. Elevez vos yeux au ciel, et rabaissez-les vers la terre; car le ciel se dissipera comme la fumée; la terre s'en ira en poudre comme un vêtement usé; et ceux qui l'habitent périront aussi bien qu'elle; mais le salut que je donnerai sera éternel, et ma justice subsistera pour jamais.

7. Écoutez-moi, vous qui connaissez ce qui est juste, vous, mon peuple, qui avez ma loi gravée dans vos cœurs; ne craignez point l'opprobre des hommes n'appréhendez point leurs blasphèmes;

8. Car ils seront mangés des vers comme un vêtement; ils seront dévorés par la teigne comme la laine; mais le salut que je donnerai sera éternel, et ma justice subsistera dans la suite de tous les siècles.

9. Elevez-vous, ô bras du Seigneur; elevez-vous, armez-vous de force; elevez-vous comme vous avez fait aux temps passés, dans les générations des siècles. N'est-ce pas vous qui avez frappé le superbe, qui avez blessé le dragon?

10. N'est-ce pas vous qui avez séché la mer, et la profondeur de l'abîme; qui avez fait un chemin au fond de ses eaux, pour y faire passer ceux dont vous étiez le libérateur?

11. Et nunc qui redempti sunt a Domino revertentur, et venient in Sion laudantes, et lætitia sempiterna super capita eorum; gaudium et lætitia tenebunt, fugiet dolor et gemitus.

12. Ego, ego ipse consolabor vos; quis tu ut times ab homine mortali, et à filio hominis, qui quasi fœnum ita aresecit?

13. Et oblivis es Domini factoris tui, qui tendit cœlos et fundavit terram, et formidasti jugiter totâ die à facie furoris ejus qui te tribulabat, et paraverat ad perdendum: ubi nunc est furor tribulantis?

14. Cûo veniet gradiens ad sperendum, et non interficiet usque ad interecionem, nec deficiet panis ejus.

15. Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, et intumescunt fluctus ejus; Dominus exercituum verba mea.

16. Posui verba mea in ore tuo, et in tûmbrâ mandis meæ protexi te, ut plantas cœlos, et fundes terram: et dicas ad Sion: Populus meus es tu.

17. Elevare, elevare, consurge, Jerusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ ejus: usque ad fuadum calicis soporis bibisti et notasti usque ad facies.

18. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit; et non est qui apprehendat manum ejus ex omnibus filiis quos enutrivit.

19. Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? vastitas et contritio, et fames et gladius; quis consolabitur te?

20. Filii tui projecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus; pleni indignatione Domini, inecratione Dei tui.

21. Illicrô audi hoc, pauperula, et ebria non à vino.

22. Hæc dicit dominator tuus Dominus et Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo: Ecce tui de manu tuâ calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ; non adicies ut bibas illum ultra.

23. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliaverunt, et dixerunt animæ tuæ: Incurvare, ut transeamus; et posuisti ut terram corpus tuum, et quasi viam transeuntibus.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — *Judeorum* populum superiori capite in duas partes diviserat, in eos videlicet qui *Deum timentes, servum ejus Jesum* auscultabant, et eos qui exteriori facie rem judicantes, in *servum Dei* injuri, sibi *ignem æternum succendebant*. Nunc eos tantum alloquitur qui Christo aures accommodarunt; quibus superiori capite, v. 10, patientiam et fidem suaserat. Hos hic vocat *sectatores justitiæ et inquisitores Domini*, qui hoc veluti ex officio faciunt, et in hoc tantum intenti sunt ut quod justum est agant et à Domini voluntate non recedant. Ad reliquias ergo illas sanctas convertit sermonem. Isti enim homines, cum viderent populi Judaici impietatem, et ob impietatem, quæ illum absorpsit, calamitatem, non poterant non moesti esse: Hos igitur sibi attendere Dominus jubet et

11. C'est ainsi que ceux qui auront été rachetés par le Seigneur retourneront et viendront à Sion, en chantant des cantiques de louanges; ils seront comblés et couronnés d'une éternelle allégresse; ils seront dans la joie et dans le ravissement; les douleurs et les soupirs fuiront.

12. C'est moi, c'est moi-même qui vous consolerais. Qui êtes-vous pour avoir peur d'un homme mortel, d'un homme qui séchera comme l'herbe?

13. Quel! vous avez oublié le Seigneur qui vous a créé, qui a étendu les cieux et fondé la terre; et vous avez tremblé sans cesse devant la fureur d'un ennemi qui vous affligeait, et qui se disposait à vous perdre? Où est maintenant la fureur de votre persécuteur.

14. Celui qui vient ouvrir les prisons arrivera bientôt; il ne laissera point mourir ses serviteurs jusqu'à les exterminer entièrement, et le pain qu'il donne ne manquera jamais.

15. Car c'est moi qui suis le Seigneur votre Dieu, qui trouble la mer et qui fais soulever ses flots, mon nom est le Seigneur des armées.

16. J'ai mis mes paroles dans votre bouche, et je vous ai mis à couvert sous l'ombre de ma main, afin que vous établissiez les cieux, que vous fondiez la terre, et que vous disiez à Sion: Vous êtes mon peuple.

17. Réveillez-vous, réveillez-vous; levez-vous, ô Jerusalem, qui avez bu de la main du Seigneur le calice de sa colère, qui avez bu ce calice d'assoupissement jusqu'au fond, et qui en avez pris jusqu'à la lie.

18. De tous les enfants qu'elle a engendrés, il ne s'en trouve aucun qui la soutienne; et nul de ceux qu'elle a nourris ne la prend par la main.

19. Deux maux sont venus fondre sur vous; qui comparait à votre douleur? Le ravage et la désolation, la faim et l'épée; qui vous consolera?

20. Vos enfants ont été abandonnés, ils sont comme des couchés le long des rues, comme un bœuf sauvage pris dans des filets; ils ont été accablés de l'indignation du Seigneur, et de la vengeance de votre Dieu.

21. Écoutez donc maintenant, pauvre Jerusalem, enivré de maux, et non de vin.

22. Voici ce que dit votre dominateur, votre Seigneur et Dieu, qui combattra pour son peuple: Je vais vous ôter de la main cette coupe d'assoupissement, cette coupe où vous avez bu de mon indignation jusqu'à la lie; dorénavant vous n'en boirez plus.

23. Mais je la mettrai dans la main de ceux qui vous ont humiliée, qui ont dit à votre âme: Prosternez-vous, afin que nous passions sur vous; et vous avez rendu votre corps comme une terre qu'on foule aux pieds, et comme le chemin des passants.

versus sua auscultare, quibus animam erigere moesti volebat, et spernare, ut adhuc meliora sperarent. ATTENDITE AD PETRAM, etc. Sicut ex una lapideâ innumeri lapides, sic ex uno Abrahamo innumerales populi prodierunt. CAVERNAM, etc. Sicut effoditur aquæ ex cisterna, sic filii ex ventre Saræ. Videturque allusio esse ad etymon nominis, quod femina dicitur Hebræis, *nekebah*, nam voce *makkebah* ab eodem verbo deducta, id est, *cavelli seu cavernâ*, utitur. PRÆCISI, necar propriè de oculorum effusione dicitur. Sed oculis Hebræis scaturigini aquarum tribuitur, sicut et nobis Lusitanis. Quare tanquam de effusione aquarum hoc loco non durè accipi potest.

Vers. 2. — AD ABRAHAM, etc. Explicat Scripturam more quod obscuris dixerat. QUA TENEM, etc. Quid

in Abrahamo considerare debent et Sara jam exponit. Cum unus tantum esset, et Sara sterilis, ad benedictionem meam multiplicatus fuit ut numerum arenae maris progenies ejus aequaverit.

VERS. 5. — CONSOLABITUR ERGO, etc. Vulgatus hic pro illativâ particulâ accepit, et sensum non indecò explicavit. Habet enim interdum hæc particula Hebraeis hanc vim, ut, cum alteri respondet, inclusam collationem et similitudinem contineat: «Cogita, inquit, quod, cum unus esset Abraham, in tantâ multitudinem creverit, ut eodem quoque modo spes res tu consolatorem Dominum Sion.» Repetitur enim verbum *respice, attende, quod consolabitur Dominus Sion*. In Hebræo autem ponitur præteritum ob rei certitudinem. Consolationem verò Sion exponens, ait, *consolabitur ruinas (seu siccitates) ejus*. Sic enim vocat reliquias quæ superfuert ex clade et inemarrabili calamitate quæ oppressit Israelitas, non solum temporali, sed spiritali. Nam sicut grassantibus hostibus succedunt arbores, et remanent stipites nonnulli et trunci, et grassante igne et collabentibus tectis supersunt exusti aliquot parietes; ita omnia devastante impietate, et ob impietatem mille Romano omnia diripiende et proterente, remanserunt pii nonnulli Judei semiasi, et quasi nobilis illius ædificii parietes exusti, et magnæ illius silvæ nonnulla vestigia. Has siccitates, has reliquias consolatur Dominus; quia ex paucis illis, quasi ex seminario quodam, videbunt infinitam multitudinem prodire, et in immensum augeri, veluti segetem Domini. Quid enim mirum si qui ex uno plurimos, ex paucis similiter plurimos germinare faciat? Si ex sterili Sarâ et cisternâ sine aquâ educi estis vos et patres vestri, si ex senio confecto Abrahamo, non magis ad generationem apto quàm rupe quâpiam, benedicente me, effossa est tanta vivorum filiorum multitudo, ex vivis quare non nascentur plurimi? Hoc ergo recogitate vobiscum, quia unus idemque est qui tunc unum elegit, et vos nunc quoque ex Judeorum republicâ eligit. Quasi DELICIAS, *eden*, nomen esse loci manifestum est in quo Dominus hortum initio mundi plantavit, Gen. 2. Hinc quia locus ille longè amoenissimus fuit, factum est ut hoc nomine notaretur *amantitas et voluptas atque delicia*. Unde et Græcis mutuâ voce *εδεν* voluptas dicitur. Opponuntur autem maxinè *Eden* et *desertum*, ut Joel. 2: *Quasi hortus Eden est terra ante eam, et post eam desertum vastum*. In plurali pro deliciis accipitur 2 Sam. 1, et Psal. 36, et Jer. 51. Hoc certè impletum est quando Galilæi, homines indocti ac despecti, dilati benedictione Domini, facti sunt veluti totius orbis deliciae. ET SOLITUDINEM EJUS, etc. Idem omnino repetit; *arebâ* non planitiem notat, sed loca in quibus omnia spontè et promiscuè nascuntur absque ullo cultore, à verbo quod *miscere* significat; quare hic *incultum* reddidi. In hujusmodi hominibus videres gaudium, lætitiâ et Dei laudes; ad hos congregabantur ecclesie et innumerabiles populi; qui regionem ingressi, et religionem quam illi prædicabant professi, nihil aliud sciebant quàm Deum

laudare pro tantis beneficiis. Introducti enim sunt in terram manantem lacte et melle. Quare laus Domini perpetuò erat in ore eorum. VOX LAUDIS. Instrumentum videtur esse *zinerah*. Psalterium dicere licebit, Ps. 81: *Sumite psalterium, et date tympanum*. Videtur et pro psalmo accipi, supra 12: *Robur meum, et psalmus, etc.*

VERS. 4. — ATTENDITE AD ME. Iterum attentionem capiat, et aliis verbis explicat quod dixerat: Scitis unde consolatio ventura sit, unde gaudium et lætitia? LEX A ME EXIBIT, etc. De prædicatione Evangelii est sermo. Per hanc enim fides in orbe obtinuit, et prædicatione convocate sunt gentes, quæ abjecto peccati jugo, pro cognitione veritatis celebrabant Dominum, gratias agentes Deo, qui de tenebris eos vocaverat, etc., ut est apud Petrum, replebanturque gaudio inenarrabili. JUDICIUM MEUM. Dicitur Evangelium seu prædicatione Evangelica Dei judicium, quia in eo revelatur sensus Domini, quid scilicet probet, quid damnet. Deinde qui illud recipit, vivit; qui non recipit, eo ipso jam judicatus est. Ut ad hunc locum respexisse videtur apud Joannem Dominus, cum ait: *Hoc est judicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem*. Ergo lux judicium dici potest, quia damnantur ea mala opera. Omne enim quod manifestatur, à lumine manifestatur. Ergo hic judicium Domini in lucem populorum adventare sit, quia Evangelii prædicatione damnavit Deus mundi opera, et homines agnoverunt quid quæque res esset, et quanti unumquodque faciendum. Nisi velis judicium pro judicandi potestate accipere, seu dominum, ut interdum solet. Vide v. seq. REQUIESCET. Ad verbum, *quiescere faciam*. Quod si hanc significationem amplectamur quàm non dubium est habere verbum *raga* (ut Deut. 28: *Inter gentes illas non quiesces*; et supra cap. 54: *Ibi quiescit lamia, etc.*) sensus hic esse poterit: Et judicium meum in lucem populorum quiescere faciam, ut manifestum sit universis populis, et omnes illud perscipiant. Sed cum hoc verbum sit de numero eorum quæ Hebraeis contrarias habent significationes (quod rabbinî non adverterunt) nam significat commotionem seu conturbationem subitam, possumus vertere: *Judicium meum in lucem populorum concitabo*, id est, faciam ut momento appareat. Quam expositionem vidit quidem Pagninus apud rabbinos, sed eam non probat ex aliorum rabbinorum judicio: ac certè sequentibus congruit.

VERS. 5. — PROPE EST JUSTUS MEUS. Vulgatus *justum et salvatorem dixit pro justitiâ et salute*. Sensus autem idem omnino est, sive de justitiâ Dei quæ est per Christum, sive de ipso Christo interpreteris. Mihi autem videtur hoc loco *justitia* pro *justificatione* accipi debere, ut opponitur damnationi seu reprobationi. Justificant quidem homines alios homines, item et damnant; sed non rarò evenit ut qui à mundo damnantur, apud Deum justî sint; et contra. Utrâque justificatio pluri facienda sit nemo non videt, et mox propheta aperiet. Dixerat autem quod *judicium cito afferret in lucem populorum*; id ipsum aliis verbis an-

nuntiat et explicat, *jamjam adest justitia mea; jam egressa est salus mea*, id est, orta est. Isti sunt gaudii et lætitiæ fontes, et veræ consolationis origo et caput. quæ v. 3, promiserat. BRACHIA MEA, etc. *Brachia*, pro viribus et fortitudine sæpè accipiunt sacræ litteræ; nam prædicatores Evangelii subegerunt orbem. Sed prior expositio simplicior est; nam crux Christi ubique obtinuit, et ei tribuit victoriam et imperium Paulus, ubi eâ de causâ non *sapientes mundi, non eloquentiam aut potentiam mundi elegisse Deum* affirmat, ne evacuaretur *crux Christi*, id est, ne quod cruci adscribi debebat, alteri cuiquam rei adscriberetur. Quid si *brachia* dicere voluit ut extensionem in cruce insinuaret, et virtutem mortis in cruce prædicaret? Certè qui sic interpretaretur, nihil indignum dignitate prophetica afferret. EXPECTABUNT. De verbo *calah* supra cap. 28, dictum est; quo significat propheta: *directionem cogitationum, locutionum et actionum omnium ad Christum Dominum, utpote à quo pendebant Christiani, cuique uni placere studeant*. SUSTINEBUNT, scilicet expectantes. Ergo non solum collineationem ad ipsum et omnium directionem, sed et ab ipso suspensionem notat. Electi enim, ut omnia sua in ipsum dirigunt, ita et ab illo animis omnino pendunt, cum expectant anxie donec veniat. Quæ expectatio, etsi nonnulli desperavit si protrahatur, secum tamen ineffabile gaudium habet; nam *expectatio justorum lætitiâ*. Ad brachium verò expectare est imperio Christi obedire, et promptos esse ad quidquid ille jusserit peragendum, hoc semper animo agitantibus, *Dominus, quid me vis facere?* Signum mihi da voluntatis tuæ, parebo per saxa, per ignes.

VERS. 6. — LEVATE, etc. Hæc ad cumulum consolationis et gaudii faciunt. Non brevi tempore durabit hoc imperium, sed multò magis stabile est quàm *caelum et terra*. Quare à me justificari et per me salutem consequi omni alteri justificationi et salutis præcedendum est. Quod autem dicit de dissolutione *caelorum*, etc., est quod Dominus in Evangelio ait: *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*. Quæ diu durat salus, valde optanda est; stabilis quoque et firma libertas nullo auro venditur. Quid juvat justificari, absolveri, justos pronuntiari ab hominibus citò moriutis, si cujus imperium manet in æternum te damnet? etc. Damnantur Pharisei discipulos Domini, et ipsi justificabant se coram hominibus; interierunt Pharisei, perierunt tyranni: *Oves Christi de manu ipsius nemo abstulit*; salutem quam ille præstitit, nemo labefactavit; justî sunt et beati discipuli Domini, quos mundus damnavat, qui tanquam *purgamenta mundi* reputabantur. COELI LIQUESCUNT. Stultum sanè fuerit ea quæ multò instabiliora sunt quàm coeli et terra pro æternis commutare. Quare sequitur:

VERS. 7, 8. — AUDITE ME. Ad pios adhuc illos eosdem qui *benè affecti erant erga justitiam, et corde tenebant Dei legem et statuta*, nempe electos ex Israelitis, verba facit; et in eodem argumento perseverans mansuetudinem et patientiam suadet, ob oculos eis proponens quàm parùm durare poterunt hostes eorum qui ipsos conviciis et contumeliis impetunt, at justificari à Deo et salutem ejus non interire. Hoc ferè erat quod Paulus dicebat: *Leve et momentaneum tribulationis quæ pariturum æternæ gloriæ pondus*; quod quia firmiter tenebat, patienter se gerebat; *considerantibus*, inquit, nobis non quæ videntur, sed quæ non videntur, etc.

VERS. 9. — CONSURGE, CONSURGE, etc. Verba sunt Dei ad seipsam, seu virtutem suam, nempe Dominum Jesum Dei Filium, qui et Virtus Dei et Brachium Domini dicitur in Scripturis. Possunt etiam accipi ut verba prophetae. Cum justî illi discipuli Domini adhuc timidi essent, et malè eos acciperet mundus, videbatur res postulare ne tamdiu dissimularet Dei virtus, neque permitteret impiis furorem suum exercere in pios, etc. INDUERE. Induere fortitudinem seu oblationem dicit hebraismus pro sumere vires, et fortitudinem, eamque exserere; ut occultatâ panisper patientiâ, mansuetudine seu clementiâ non sentiant hostes nisi virtutem Dei, ut in omnibus luceat Dei majestas et fortitudo ad eripiendos suos et perrendos hostes. IN DIENES ANTIQVOS. Sensus optinè reddit. Quos autem appellet *dies originis*; sive *prioris*, et *secula seculorum*, æternitatem seu antipatitatem, mox exponit. NON TU PERCUSSISTI. In Hebræo est pronomen femininum, quia nomen *brachii* Hebræis est feminini generis: et idè etiam participia, *quæ excedisti*, *quæ exsiccasti*, etc., sunt feminina; et ad brachium Domini dirigitur oratio. SUPERBEM, *rabab* est intumescere seu superbiere; et nomen significat, tumorem, elationem, superbiam, etc. Sed in plurimis Scripturæ locis, ut Psal. 87, et 89, et supra c. 50, etc., pro *Egypto* accipitur, cujus superbiam propheta passim reprehendunt. VULNERASTI DRACONEM. Ludit in metaphoris propheta; Pharaonem enim draconem marium facit, et veluti in mari dolores parturientis pati, propter ingentem mororem quo affectus est cum reduci super se et exercitum suum videret aquas maris. Quare veri dolores fecisti, id est, parturientis dolores et nixus pati; ut sit potius verbum *kul* quàm *calal*.

VERS. 10. — NON TU SIGCASTI, etc. Nota est historia. Tunc non nisi virtutem et potentiam Domini experti sunt *Egyptii*, et *Israelita* viderant manum validam quam exercerat Dominus adversus *Egyptios*, ut inquit Scriptura. Erat ergo tunc temporis indutum fortitudine brachium Domini.

VERS. 11. — ET NUNC. Nunc addidit Vulgatus de suo, ut manifestum esset oratio, et significaret nequam de Israelitis egressis è mari Rubro intelligi locum istum. Ut enim erat pius et doctus, intellexit respondisse Dominum animo prophetae: Sic se rem habere sicut diebus antiquis, ut videlicet eriperentur electi è tyrannorum furore, non solum Israelitis illi

pauci ex persecutione Judaeorum infidelium, sed universi qui Christo nomen darent, in quos totus orbis conjurare videbatur, ex hostium unguibus evaderent, sicut evaserunt ex mari Rubro, submersis hostibus, non sine ingente letitia; venientque non Sion illam seculam et excidio perpetuo dignissimam, sed veram Sion, Ecclesiam primitivorum. SUPRA CAPITA. Videtur esse metaphora sumpta à mulieribus, quae onera ingentia imposita capiti deferunt; quod fortè et allusit Paulus cum glorie pondus dixit. Illud interim non praeterendum, quod doctè Vulgatus redemptos dixit pro redemptionibus. Sicut enim hebraismus captivitatem dicit pro captivis, ita redemptiones pro redemptis.

VERS. 12. — EGO, EGO IPSE. Sic est ad verbum in Hebraeo; sed passivum pronomen pro verbo substantivo accipitur: *Ego, ego sum*. Postquam inseruit illam suam promissionem, quasi gloriantibus et de praestito beneficio contentis ac letis in haec verba prorupit. Ex quibus rursus ad persuasionem patientiae redit: *Quis tu, etc., q. d. Si sic se res habet, quid me habes praeputum ad redimendum et ad liberandum, sicut olim Israelitis, et me habes consolatorem; quis tu, et timentis (sic enim habet hebraismus)? id est, quare tam male tibi consulis ut timeas? quasi insinuat nullam prorsus subesse à tyrannidis timendi rationem ubi Deum recogitamus redemptorem et consolatorem. Illi enim hostes moriuntur, mortales sunt: occidere corpus possunt, et non habent amplius quid faciant, imò neque occidere possunt nisi approbante Deo pro bono electorum. QUAE FORNEM ITA ARESCIT. Hebraismus vitavi et perquam doctè reddidit, qui sic habet, et à filo hominis fenum dabitur. Deest enim relativum et nota similitudinis, quam saepe omittunt, praesertim cum rem simillimam volunt notare. Ego brevius, qui fenum redditur, id est, reddi solet quasi fenum.*

VERS. 13. — ET OBLIVIS ES. Hebr., *oblivisceris*, id est, obliviscis soles? vel, *oblivisceris poteris?* interrogativè. Objurgationem autem habet percutiat haec. Cum pro te habeas Deum omnipotentem, caeli et terrae Dominum, qui fieri potest ut tantae potentiae oblitus ab homine, foeno simillimo, timeas? Est autem hic nomen hominis sumptum à miseris, eaque incurabili. Diciturque et *filius hominis*, ad fragilitatis augmentum. Innuitturque quod ab hujusmodi oblivione oritur timor ille. Impossibile enim reputatur ut qui juxta se habet robustissimum sodalem, ab homuncione timeat, nisi obliviscatur quem secum habeat. ET PARAVÉRAT. Hebr., *secundum quod se paravit, vel firmavit*. Estque phrasid quae nos Lusitani utimur, *sic te habes in timendo, sicut ille se preparat ad percutiendum*; id est, statim ut ille se parat ad nocendum, times. Ubi nunc Hebr. et ubi. Verba sunt Domini jam patratam redemptionem et liberationem significantis quam promiserat v. 11.

VERS. 14. — CITO VENIET. Hieronymus de Christo interpretatur, qui cito venit conculcans hostes, aperiensque viam victoriae: qui non interfecit usque ad interuentionem Judaeos, etc. Neque versionem hanc

Vulgatam, quae certè ipsius est, ut ex interpretatione apparet, quis meritò reprehendere potest. Nam *morietur* accipit activè, et ad perditionem quoque *foeam*, dixit, usque ad interuentionem. Verum, ut omittam quae alii hoc loco nescio quam tempestivè afferunt, simplicissimam interpretationem apponere conabor, quae in obscuris locis, qualis hic est, placere mihi solet. Cum in fine superioris versùs de hoste qui *pressuram faciebat* et carceribus includebat rogaverat, ubinam esset hic, brevibus exponit quàm jam non premit, imò mutatus sit in amicum: *Festinauit*, inquit, *volutator* qui te tuque omnia volutabat et prosternebat; *festinauit*, inquam, ad *aperiendum* (seu *solvendum*) ut non moriatur, id est, ut quem detinebat captivum solvat, et non moriatur; *festinauit*, inquam, ad *foeam*, in qua detinebatur captivus quem ille conculeverat, et ei cibum ministrabit largietur. Jam si quis de hujusmodi expositione dubitet, is meminerit verbum *isaiah* esse idem quod *volutare*, vel se, vel alia. Quando autem aliena ingreditur hostis, dum scrutatur, omnia trahit, volutat, prostermit; quam quidem actionem notat hoc verbum metaphoricè. Propriè enim de elutriatione vini à dolo in dolium dicitur. Unde Jer. 48, hoc participio usus comparat hostes istis *transfusoribus vini*. Sed inde ad alias *volutationes* transferitur; ut cum dicitur apud eundem Jeremiam, quod sub omni arbore frondosa *volutabat* se meretrix illa; ubi Vulgatus: *Tu prosternebaris meretrix*. Vide infra 65, 4. Et non deficit PANIS EUS. Quod non solum ei aperiet, sed affatim ad victum necessaria suppediet; vel sic: *Ubi furor pressuram facientis?* q. d.: *Nihil planè effecit. Festinauit quidem volutator ad aperiendum, id est, evaginandum gladium, et non morietur is in quem gladium strinxerit; festinauit item ad perdendum funditis, et non deficit panis ejus quem perdere festinauit. Quid ergo egit furor pressuram facientis? Nihil prorsus. At ego, etc.*

VERS. 15. — ET EGO, etc. Van pro adversativà particula accepit non male Vulgatus. *Ad ego concito mare, et fremant fluctus ejus, etc.*, vide ergo quantum dignus fuerit, omisso hominum timore, me colere, et à me uno pendere.

VERS. 16. — POSUI VERRA MEA IN ORE TEO. Verba sunt ad Christum Dominum, cujus fortitudinem praedicaverat in superioribus, expetens ut eam resumeret; quod factum jam fuisse cecinit: jam quoniam pacto id factum fuerit ostendit. Non solum autem hic personam Christi intelligas, sed etiam eos per quos Dominus locutus est, qui paulo antè timebant ab homine mortali, et includebantur propter metum Judaeorum. His nuntios suos fecit Dominus; his os ac sapientiam dedit, praecipiens eis ne cogitarent quo modo, aut quid loquerentur; daretur enim illis quod ante reges et praesides loqui deberent. Hos protexit et favore suo operuit; tandiù enim eos manere in civitate praecipit quousque inducerentur virtute ex alto. Haec est umbra mandata Dei. Fortè hic eos gladium esse Dei significat, cujus acies, quam Hebraei vocant os, acuta esset, sicut verbum Domini, quibus veluti gladio accinctus, qui

sub brachia collocatur, per totum orbem incederet. ET PLANTES COELOS. Per plantationem et fundationem colorum et terrae intellige constitutionem novi, id est, spiritualis, orbis, et regni Dei; cujus fundamenta Christus et Apostoli jecerunt, multoque admirabiliorum quam hunc qui oculis carnis cernitur condiderunt. Cogita autem quanta sit dignitas coelos ac terras creare, aut quantum dignitatis habeat homines converti ad peccatis et ad Deum adducere; hoc etenim est *coelum plantare et terram fundare*; quod statim designat cum ait: *UT DICAS AD SION, POPULUS MEUS EST TU*. Hoc est Evangelium, Deum habere velle in terris populum, id est, ut Sion, quae videbatur derelicta et deserta, sit congregatio sancta. Certè si Sion est populus Dei, ubi terrarum est populus Dei, est Sion. Adde quod in his verbis manifestè insinuat Sion esse pauculos illos qui ex Judaeis electi sunt, et evaserunt ex tempestate infidelitatis. Quid, quæso, est dicere Sioni derelicta et deserta, quod sit Dei populus, nisi quod ea quae à Deo per prophetas de felicitate et restauratione Sionis dicta sunt, in eis complenda sint qui ex civitate illà prodierunt, ex quibus in unam fidem congregatis populus Dei efficeretur? Quare jam illius civitatis calamitatem ob oculos ponit, simul et restaurationem ac dignitatis recuperationem.

VERS. 17. — ELEVARE, etc., sive excitare. Quae haecensis depressa fuit, nec stare poterat, jam tempus est ut animum resumamus, mororem deponas. Ita planè factum apparuit quando deletis propè Judaeis, et civitate versà, et Republica penitus abolit, subito florere cepit Ecclesia ex Judaeis congregata et per Judaeos undique collecta. Haec certè est *elevatio, haec erectio et excitatio*, haec reedificatio et restauratio Sionis et Jerusalem. Binsri. Familiare est Hebraeis, ejusque portionem, et quod cuique contigit, sive laetum, sive triste, calicem appellare, à consuetudine conviviorum, in quibus singulis singula vasa quibus biberent, apponebantur. Calix itaque ira est quem Deus iratus propinat, cujusmodi sunt famae, pestis, bellum. Sororis. Verbum *raal tremuit* tantum semel legitur, Nah. 2: *Et fraxini tremebant*, id est, lanceae ex fraxino. Inde nomina duo tremorem significantia, Zach. 12: *Ecce ego pono calicem tremoris, et Ps. 60: ubi editio latina habet: Potasti nos vino compunctionis*. Dicitur autem calix tremoris qui tremorem et concussione membrorum inducit: cujusmodi sunt venenatae et frigidae potiones. USQUE AD FACIES; sensum reddidit: id enim est *exangere calicem*. Omititur autem in Hebraeo conjunctio, et *exsuscitati*; quo notat omnem indignationem Domini super Judaeos effusam, neque ullum calamitatis genus defuisse, sed extremum malorum perperos fuisse. Quod in ultimà eversione contigisse testis est Josephus, ut alios omittam.

VERS. 18. — QUI SUSTENTET. Verbum Hebraeum propriè significat *ducere praecedendo et adjuvando*; quod senibus, caecis et debilibus obsequium praestamus, praesertim parentibus fili, quod mox repeti, qui ap-

prehensat manum, etc. Quare non male verbo sustentandi reddidit Vulgatus. Significat ergo, in eà Jerosolymitanà vastatione nihil obsequii à filiis suis accepisse illam Republicanam, nam ipsimet eam devastabant, et mutuis caedibus seipsos interimebant, et majora damna ab internis seditionibus accipiebat Civitas quam ab ipsis hostibus; ut ipsimet filii perditionem matris accelerarent, et in ruinam ejus conjurasse viderentur. Quod certè etiam ad calicem ira pertinebat.

VERS. 19. — VASTITAS ET CONTRITIO. Devastatio atque contritio seu confractio pro uno computantur; alterum autem famem et gladium intellige fuisse. Duo ergo erant (ut aliis verbis efferam) civitatis ruina et civium clades, aut ex fame aut ex gladio: quae duo si conjunguntur, nihil superest ad cumulum miserationum quae civitati possunt obvenire. CONSOLABITUR. In Hebraeis est forma primae personae, *consolabor*; unde Hebraeus quidam: *Cum quo consolabor te?* Sed fortè aleph pro jod positum est, ut rectè Vulgatus accepit.

VERS. 20. — FILII TUI, etc. Explicat quid famae et gladius agant; sub dio jacent filii tui, aut animam praefame agentes, aut vulneribus confossi. PROIECTI, atque Hebraeis est *obscurari, obtegi*. Ergo dicere possumus *obvoluti sunt*, ut Gen. 38, et Cant. 4, sed quia transferitur ad animam, *marore confecti sunt* reddere poterimus. Obscuratur enim cor, et nigrescit humore tetra, Ezech. 31, Amos 8, etc. BESTIA? thov, sive thov, Deut. 14. In esum conceditur, tanquam animal mundum; bovem sylvestrem dicunt esse Hebraei, quorum, alii turones esse putant. Certè reitibus capitur; ubi interdum jacet irreitus, non solum aeris sed canum et venatorum injuriis expositus. Tales fuerunt in illà ultimà vastatione Judei. Est quidem *mikemar* nomen retis. Pro bove autem retis, vitato hebraismo, *feram illaqueatam* dixit Vulgatus, quem secutus sum.

VERS. 21. — PAPERECULA, etc. Jam ad consolationem devenit, et nominibus miserationum eam compellat inopem et omnium ope destitutam, cui nemo respondet clamanti seu opem imploranti; *ebriam* quem inebriatam, seu *perjuram indignationem Domini*, ut superiori versu dixit.

VERS. 22. — QUI PERCUTIT PRO POPOLO SVO. Hebr. ad verbum, *litigavit populum suum*. Vulgatus in bonum accepit; sed videtur ex aliis locis in malum posse accipi. Ego ipse, inquit, qui calicem tremoris propinavi, jam calicem auferam de manu tua, ut jam non exerceam iram meam in te, sed in hostes tuos. Novam enim Sion et Ecclesiam suam ingenti semper studio et favore prosecutus est. Quod si adversa patiuntur electi, in ipsis tamen gloriantur, neque dolore affliguntur; neque iratum Dominum sed amantem reputant, qui filios corripit ut servet. Quod si spiritalem felicitatem Ecclesiae Christi videre vis, lege caput sequens. De hoste verò pertransiente per Jerusalem, vide cap. seq., v. 1.